Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ZACHA

longitudo

me. Vt metiar ulem. & uideā q̃nta
sit latitudo eius. & q̃nta latitudo ei?
& ecce angelus qui loq̃batur i me
egrediebatur. & alius angelus egre
diebatur in occursu eius. & dixit
ad eum. Curre & loq̃re ad puerum
istum dicens. Absq; muro habitabit
ulem. p multitudine hominū &
iumentorū i medio eius. & ego ero
ei ait dominus. p muro ignis in
circuitu. & in gloria ero in medio
eius. O.o.o. fugite de terra aquilonis
dicit dominus. q̃ia in q̃tuor ven
tis celi dispersi uos. dicit dominus.
O syon fuge. que habitas apud filiam
babylonis. quia hec dicit dominus
exercituū. Post gloriam misit me
ad gentes. que spoliauerunt uos. Qui
enim tangit uos. tangit pupillam
oculi mei. quia ecce ego leuo ma
num meam super eos. & erunt p
de hijs qui seruiebant sibi. & cog
scetis quia dominus exercituū mi
sit me. Lauda & letare filia syon.
quia ecce ego uenio. & habitabo in
medio tui. ait dominus. Et ap
plicabuntur gentes multe ad do
minum in die illa. & erunt mihi
in populum. & habitabo in medio tui.
& scies quia dominus exercituū mi
sit me ad te. Et possidebit dñs
iudā partem suā in terra sanctificata. &
eliget adhuc ulem. Sileat omis
caro a facie domini. quia suscitatus
de habitaculo sancto suo. Capitulum. iii.

Et ostendit mihi dominus
sacerdotem magnum stan
tem coram angelo domini.
& stabat satan a dextris eius. ut
aduersaretur ei. Et dixit dñs ad satan.
Increpet te dominus satan. & i
increpet dominus te qui elegit
ulem. Nonne hic torris
eruptus de igne. Et ipse erat indutus
uestibus sordidis. & stabat ante fa
ciem angeli. Qui respondit & ait ad eos.
qui stabant coram se dicens. Auf
ferte uestimenta sordida a eo. Et
dixit ei. ecce abstuli a te in
quitatem tuam. & induam te mu
tatorias. Et dixit. Ponite cydarim
mundam super caput eius. Et posu
erunt cydarim mundam super caput
eius. & induerunt eum uestibus. &
angelus domini stabat. & testabatur
angelo domini dicens.
Hec dicit dominus exercituū. Si
in uijs meis ambulaueris. & custo
diam meam custodieris. tu quoq;
iudicabis domum meam. & custo
dies atria mea. & dabo tibi ambu
lantes existis qui nunc hic assis
tunt. Audi ergo sacerdos magne tu
& amici tui qui sedetis coram te.
qui enim precedentes sunt. Ecce ego
adducam seruum meum oriens
tem. quia ecce lapis quem dedi coram
iesu. super lapidem unum. vii. oculi
sunt. Et ecce ego celabo scalpturam
eius. ait dominus exercituū. & auf
feram iniquitatem terre illius in die
una. In die illa dicit dñs exercituum
uocabit unus amicum suum subtes
uineam suam. & subtes ficum.

Et reuersus est. Cap. iiii.
angelus qui loquebatur
i me. & suscitauit me
sicut uirum qui suscitatur de som
no suo. Et dixit ad me. Quid tu
uides. Et dixi. Video. & ecce candela
brum aureum totum. & lampas
eius super caput eius. & septem lu
ne eius super illud. & septem infuso
ria luminis que sunt super caput